+

Excelsum Regium Locumtenentiale Consilium
Domini Domini Nobis Gratiosissimi, Colendissimi!

Possessionum Oroshaza, et Csabasöd Comitatui huic ingremiatarum Incolæ facto ad Nos medio supplicum hic sub Nro 1mo, et 2do advolutorum Libellorum recursu Oratorii quod(: uti è fide digna sine ocularis revisionis exmissorum Judlium, et Juratoris Nostrorum relatione Nobis innotuit:) in utroque Loco ruinæ, et lapsui usque adeò proximum est, ut nullis amplius fulcris sustineri possit, restaurationem cum libertate solidiorem in novam structuram materiam applicandi, inque latitudine, et altitudine extensionem faciendi sibi indulgeri demisse efflagitant; cum autem hujusmodi petito subscribere limites Potestatis Nostræ, utpote Benigno Regio in puncto Acatholicarum Ecclesiarum emanato Edicto restrictos, et circumscriptos excedat, miseræ nihilominus Contribuentis Plebis necessitates, et preces pro ea qua in conservationem, et incrementum ejus connitimur sollicitudine summe omnino Nobis cordi sint; è hodierno itaque Consessu Nostro medio demissæ Repræsentationis humillimæ ad Augustum Majestatis Sacrmæ Gratiarum Thronum sumpsimus refugium, unà tamen Excelsum etiam Consilium interpellamus humillimè ut prælatis Possessionibus Nostris, quarum prior ante viginti duntaxat annos adventis Colonis cum non mediocri Transeuntis Militis, quos antea propter desertorum hac in Parte vastitatem magno iter suum incommodo, et circuitu prosequi debebat, beneficio autem hujus novæ Possessionis compendium viæ, et stationum obtinuit, adeoque Ærarii etiam Regii emolumento nec minori vicinorum Comitatuum commodo impo-

pulata

putata notabilem Publicorum Comitatûs hujus Onerum partem ferre incipit; altera vero veteribus, et Avitos Lares incolentibus Colonis referta insigne tam in Oppressione Rebellis Legionis Hallerianæ phalangis, quam et Occasione abominandi, et vel ipsa memoria indigni in Possessione Iur erumpentis Rustici Tumultus insideles persequendo, unumq ex iis per insidias captivando exhibuit illibatæ fidelitatis monumentum, in arduis autem recenter sopiti Belli circumstantiis utraque singulari subditalis obligaminis obsequio per accuratam ad Repartitæ Contributionis depensionem, alacrem Tyronum statutionem industriam, et solertem naturalium ad designata Depositoria devectionem promptissime defungi nunquam intermisit his inquam Gratiosa Opinione et Potenti Patrocinio opitulari et suffragari dignetur Excelsum Consilium. Nos in reliquo Gratiis et Patrociniis commendantes perseveramus

Excelsi Regii Locumtenentialis
Consilii

Dat. e Grali Congregne Nra die 27a 7bris
Ao 1763 in Arce Gyula Continuative
Celebrata.

Humillimi Obligatissimi Servi
Universitas Comitatûs Békesiensis

27. 7bris 1763.

Praes. 16 8br 1763
V.a ejusd. [illegible]

Békessiensis Cottus, Ineo-
larum Professionum Oroshaza,
& Csörsöd Acatholicorum
pro admittenda Oratorij Divi-
nati Reparatione Supplican-
tium Submittit, una informando
negotium etiam Augustæ Au-
læ repræsentatum esse.

1

[illegible]

ad Comissione Religionis

+

Rel 28 gbr N. 1

2